



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

51 Iudicium, verbum, an pro voluntate habeatur, & 52.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

& duobus, vel tribus testibus presentibus, matrimonium est celebrandum, & ante illius consummationem debent fieri denunciations, ut si subint impedimenta, detegantur, nisi Ordinario visum fuerit, ut denunciations remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio à sacro concilio fuit remissum, ut in dicto c. 1. §. quod si aliquando, de reformat. matr. & quia ob varia impedimenta, pluribusque de causis licentiæ de contrahendo unica denunciatione pro tribus facta, & quandoque omnibus denunciationsibus, interstantes in Ecclesia, vel etiam in domo à quampluribus requiruntur, dubitari potest, an Ordinarius illas concedere possit, cum videatur, quod sic, ex illis verbis in d. §. ibi, nisi Ordinarius ipse expedire iudicaverit, ut prædictæ denunciations remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta synodus reliquit.

51 Idem, ¶ cum ejus iudicio relinquatur, illas ad ejus libitum concedere posse videtur, quia iudicium pro voluntate habetur, glo. in l. i. h. a. §. Lutus 2. in verb. iudicio. ff. de fideicommiss. liber. & Bar. in l. sic num. 2. ff. de leg. 1. & cum diversimodè per Ordinarios servetur, quorum aliqui licentias unicam pro tribus in Ecclesia passim concedunt, & plures etiam interstantes admittunt, ab aliquibus non ita de facillimò raro, & non sine urgenti causa conceduntur, ¶ putò, quod non sine causa in d. §. expressa, vel alia, quæ animum Ordinarij movere valeat, ut quando probabilis adesset suscipio, matrimonium impediri posse, concedi possint, quia verbum, illius prudentiæ, importat arbitrium boni viri, c. de precariis. cum seq. 10. qu. 2. c. 2. c. ne innitarius, de constit. Abb. in c. 1. nu. 18. de seq. poss. & fruct. & Jas. in l. si sic, nu. 9. ff. de leg. 1. hoc i-

dem importat verbum, iudicio; quicquid dixerint gl. & Bart. supra in contrarium, qui reprobantur per gl. in c. tua, in vers. iudicaverit, 36. q. 2. Bart. qui se ipsum correxit, & glos. reprobavit in extravag. ad reprim. in verb. videbitur, n. 4. & Jas. qui alios citat, in d. l. si sic, num. 7. Ideo, facultate ipsius concessa debent Ordinarij uti arbitrio boni viri regulata ratione, l. vir. bonus ff. de iudic. sol. Bar. in d. extravag. ad reprim. in verb. videbitur, nu. 2. in fin. & Corn. consil. 239. in princ. vol. 3.

53 Regulariter ¶ enim à proprio parochio tres denunciations fieri debent, & limitatur regula, si aliquando probabilis fuerit suscipio matrimonium malitiosè impediri posse, & arbitrium Ordinariis concessum habebit locum in casu limitato, quo propterea ad libitum uti non licet, quia limitata causa limitatum producit effectum, cum servo. in princ. & ibi Bald. ff. de contrahend. empt. cap. quod super his, de vot. & vot. redemp. glos. in clem. 1. in verb. restituat. de sequ. poss. & fruct. & Tiraq. in tractat. cess. caus. par. 1. numer. 142. & limitata causa privilegij operatur quod privilegium extra suos limites trahi non possit, l. in agris. ff. de acquirend. rerum domin. & Felya. in cap. si quando, numer. 4. de rescrip.

54 Denunciations ¶ huiusmodi omitti possunt, quando dubitatur, quod propter factiones matrimonia de facto possint impediri, dummodo contrahentes sint legitimiæ ætatis, & in eorum plena libertate, ac omni dolo, & fraude cessante, tum aliquibus in locis, in quibus ad impedienda matrimonia sæpius sortilegia, & maleficia committuntur, ut in cas. si per sortilias. 33. qu. 1. gl. in c. fraternitatu in verb. divi.